

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nilus Mysticus Profluens Ex Paradiso Voluptatis, Sive Doctrinae Ad Mentem Scoti Theologicae, Ac Per Duodecim Alveos Regios In Flumen Magnum Serenissimae Marchionum Badensium Genealogiae Sese ...

Stümmel, Friedrich

Fulda, 1673

Sueciae

[urn:nbn:de:bsz:31-11315](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-11315)

*Serenissimæ Domus Badensis origo ex
Antiquissimis Regibus*

S U E C I Æ.



M A G N U S

Rex Sueciæ & Norwegiæ, longo Suecorum Regum Ordine & Sanguine progenitus, vixit Anno 1318.

Euphemia Regia Princeps Suecię,
Magni Regis filiã, nupta Alberto I. Duci Mechelburgico, Principi Vandalix, Anno 1336.

Magnus I. Dux Mechelburgicus,
Alberti I. filius, obiit Anno 1384. Uxor Anna Princeps Rugiæ.

Ioannes Dux Mechelburgicus,
Electus Rex Sueciæ, Magni I. filius, obiit Anno 1423. Uxor Catharina Ducissa Saxolavenburgica.

Henricus Pinguis Dux Mechelburgicus,
Joannis Sueciæ Regis filius, decessit Anno 1497. Uxor Dorothea Marchionissa Brandenburgica.

Magnus II. Dux Mechelburgicus,
Henrici Pinguis filius, obiit Anno 1503. Uxor Sophia Erici II. Pomeraniæ Ducis filia.

Anna Ducissa Mechelburgica,
Magni II. filia, Guilielmi Medij Landtgravij Hassiæ Vidua, nupta secundis votis Othoni Comiti Solmensi in Laubach.

Fridericus Magnus Comes Solmensis in Laubach,
Othonis & Annæ Mechelburgicæ filius, obiit Anno 1560. Uxor Agnes Comitissa à Wiedt.

Joan-

Ioannes Georgius Comes Solmenfis,
Friderici Magni filius, decessit Anno 1600. Uxor Margarita Georgij à Schomburg filia &c.

Albertus Otho Comes Solmenfis in Laubach,
Joannis Georgij filius, obiit Anno 1610. Uxor Anna Georgij Landtgravij Hassiæ, in Darm-
statt Filia.

Eleonora Comitissa Solmenfis,
Alberti Othonis in Laubach filia, nupta Friderico Marchioni Badensi in Durlach, Anno 1627.

BERNARDUS GUSTAVUS

S. R. Ecclesiæ Cardinalis, S. R. Imperij Princeps, Inclytæ Ecclesiæ Fuldenfis
ABBAS, Augustæ Roman. Imperatricis Archi-Cancellarius, per Germaniam & Gal-
liam Primas &c. Marchio Badensis & Hochbergensis in Durlach &c. Eccl. Ducalis
Campidonensis Administrator, & Coadjutor liberæ seu immediatæ Abbatia & Ec-
cles. Syburgensis, Landgravius in Saufenberg, Comes in Sponheim & Eberstein,
Dominus in Rôteln, Badenweiler, Lahr & Malberg, Metropolitanæ & Cathedralis
Eccles. Colonienfis & Argentinensis respectivè Canonicus & Capitularis, &c.



*Serenissima Domus Badensis in tribus Coronis
Regum Suetiæ, quibus est sanguine juncta, symbo-
licè reserat gloriam & vitam æternam, ac signan-
ter oculis intuentium proponit tres aureolas debi-
tas Virginibus ob singularem Victoriam reporta-
tam de carne; Martyribus ob victoriam de
mundo; & Doctoribus ob Victoriam
de demone reportatam.*

OMnes quidem currunt, sed non omnes accipiunt bravium vitæ æternæ, sic currite ut compre-
hendatis: nam licet oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præ-
paravit DEUS diligentibus se, attamen 1. Beatitudo acquiri potest. 2. Quæ non consi-
stet in illapsu aliquo DEI in animam non involvente visionem aut amorem illius. 3. Neque
in visione aut amore increato beatis communicato. 4. Sed in visione intuitiva & supernaturali amore
DEI, capiendo beatitudinem pro totali attingentia objecti beatifici. 5. In fruitione vel amore capien-
do illam pro eo, quod est eligibilis & optabilis. 6. Ad beatificam visionem lumen gloriæ non requi-
ri error Begardorum est. 7. Sitne illud concursus actualis DEI, vel supernaturalis habitus, elige.
8. DEUM videri posse absque dono habituali, quod habeat rationem speciei impressæ, nullus dubita.
9. An de facto sic videatur, sit problema. 10. Posset videri Essentia non visis personalitatibus. 11. Item
una persona non visâ alterâ. 12. An etiam non visâ alterâ correlativâ? cum Poncio probabilis nega.
13. Inæqualitas visionis beatificæ physicè tum provenit ex inæqualitate luminis gloriæ, cum etiam ex
inæqualitate intellectus. 14. Virgines quibus conferenda est aureola, intelliguntur illi, qui spontaneè
K ob De-

ob Deum Virginitatem custodierunt usq; ad mortem 15. Hæc laureola ex speciali privilegio competit Innocentibus. 16. Martyres, quibus altera laureola manet, sunt, qui pro Deo, sive propter fidem, sive propter aliam virtutem, mortem, vel pœnam aliquam ex natura sua mortis illativam, perpassi fuerunt, 17. Doctores denique, quibus tertia laureola concedenda, ludicrè censentur illi, qui in universitatibus laureâ Doctoratus insigniuntur, cum sic SS. Augustinus, Hieronymus, Gregorius & alii excluderentur; Sed qui eminenter verbo sive scripto erudiunt alios ad justitiam. 18. Ultra has glorias post resurrectionem corpora Beatorum sine fine ornabuntur dotibus Impassibilitatis, Claritatis, Subtilitatis & Agilitatis. *Qui in bono perseveraverit usq; ad finem in his omnibus salvus erit.*

F I N I S.

DEO & Salvatori nostro JESU CHRISTO
in æternum & ultra Benedicto gratias,
Amen.

